



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

**Dionysius <Cartusianus>**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 D 1926**

Iohannes habet Capita. XXI. Et aperiuntur in eo Christi diuinitas &  
sacramenta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38702**

EPITO. EX LYC.

Si vobis dixerō, non credetis mihi, si autem interroga-  
uero, non respondebitis mihi, nec dimittetis.

Cap. 23.

Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo & illuſit  
veſte alba, & remiſit ad Pilatum. Nolite flere ſuper  
me, ſed ſuper voſ ipſas flere, & filios veſtros. &c. Si in  
viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Tunc in-  
cipient montibus dicere cadite ſuper nos, & collibus  
operite nos. Hic eſt Chriſtus dei electus. Neq; tu-  
times deum, quod in eadem damnatione eſ. &c. Digna  
factis recepitus.

Cap. 24.

Quid queritis viuentem cum mortuis? Qui ſunt hi  
ſermones quos confertis adinuicem ambulantes, & eſtis  
tristes? O ſtulti & tardi corde ad credendum, in omni-  
bus quæ loquuti ſunt prophetae. Nonne hæc oport-  
uit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?  
Mane nobiſcum domine quoniam adueſperauit. Non-  
ne cor noſtrum ardens erat in nobis dum loqueret noſ  
in via, & aperiret nobis ſcripturas? Surrexit dominus  
vere, & apparuit Simoni. Stetit Ieſus in medio diſci-  
pulorum, & dixit pax vobis. &c. Palpate & videte quæ  
ſpiritus carnem & oſſa non habet ſicut me videtis habe-  
re. Dixit Ieſus. Neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta  
ſunt in lege Moyſi & prophetis, & pſalmis de me.

Oportebat Chriſtū pati et reſurgere die tertia, et præ-  
dicari in nomine eius penitentiam & remiſſionem pec-  
catorum in omnes gentes. Vos autem ſedete in ciui-  
tate quoaduſque induamini virtute ex alto, & ego mit-  
tam promiſſum patris mei in vos. Eleuatis manibus  
benedixit eis Ieſus, & ferebatur in cælum. Erant (ſci-  
licet diſcipuli Chriſti & apoſtoli) ſemper in templo lau-  
dantes & benedicentes deum.

¶ Iohannes habet Capita .XXI. Et  
aperiuntur in eo Chriſti diuinitas  
& ſacramenta.

¶ Caput primum.

¶ ¶





In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt. Quod factum est, in ipso vita erat ( quia in filio dei sunt omnia vita et lux. ) Erat lux vera quæ illuminat. &c. Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. &c. Verbum caro factum est. &c. De plenitudine eius ( scilicet Christi ) accepimus omnes gratiam pro gratia. Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Iesum Christum facta est. Deum nemo vidit unquam. Unigenitus qui est in sinu patris ipse enarravit. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quem scripsit Moyses in lege, & propheta, invenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth. ( Verba Christi ad Nathanael. ) Ecce vere Israelita in quo dolus non est. Rabbi tu es filius dei, tu es rex Israel.

## Cap. 2.

( Christus convertit aquam in vinum. ) Vocatus est Iesus & discipuli eius ad nuptias. Nondum venit hora mea. Nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Quod signum ostendis nobis quia hæc facis. Multi crediderunt in Iesum, Ipse autem non credidit se metipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

## ¶ Cap. 3.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Spiritus ubi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis unde veniat aut quo vadat, sic est omnis qui natus est ex spiritu. Tu es magister in Israel & hæc ignoras? Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur. &c. Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo si dixero vobis cælestia credetis? Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, & cætera.



EPITO. EX IOHAN.

Sic de<sup>o</sup> dilexit mundum, vt filiū suū vnigenitū daret  
 vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vī  
 tam æternam. Non misit deus filium suū vt iudicet  
 mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui cre-  
 dit in eum non iudicatur. Qui autem non credit iam  
 iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filiū  
 dei. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines ma-  
 gis tenebras quam lucem. &c. Omnis qui male agit  
 odit lucem. Et non venit ad lucem vt non arguantur  
 opera eius. Qui facit veritatem venit ad lucem vt ma-  
 nifestentur opera eius, quia in deo sunt facta. Non po-  
 test homo accipere quicquam, nisi ei datum fuerit de cæ-  
 lo, Qui habet sponsam sponsus est, ( hæc sunt verba Io-  
 annis baptistæ de Christo ) Amicus autem sponsi, qui  
 stat & audit eum, gaudio gaudet, ppter vocē spōsi. &c.  
 Illum oportet crescere, me autem minui. Qui de terra  
 est, de terra est, & de terra loquitur, qui de cælo venit  
 super omnes est, & quod vidit testatur. Quem misit  
 deus, yba dei loquitur. Non ad mensuram dat deus  
 spiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit in ma-  
 nu eius. Qui credit in filium habet vitam æternam.

Qui autem incredulus est filio ira dei manet super eum  
 Cap. 4.

Iesus non baptizabat sed discipuli eius. Iesus fatigatus  
 extinere. &c. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei,  
 non sitiet in æternum, sed aqua quam ego dabo ei  
 fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. (dixit  
 Iesus mulieri Samaritana) &c. Salus ex Iudæis est.  
 Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veri-  
 tate. Nam & tales pater querit Spiritus est deus, &  
 eos qui adorant eum in spiritu & veritate oportet a-  
 dorare. Mirabantur discipuli, quia cum muliere loque-  
 batur Iesus (Nota. Videtur ergo Iesus non habuisse cō-  
 suetudinem loquendi cum eis.) Meus cibus est vt faciā  
 volūtatē patris mei qui misit me, vt perficiam op<sup>o</sup>  
 eius. Ipse Iesus testimonium perhibuit, quia prophe-  
 ta in sua patria honorē non habet. Nisi signa & prodii-



videritis, non creditis

[Nota

hic sanauit filium reguli agonizantem solo verbo, etiã  
absens.]

Cap. 5.

Ecce san<sup>o</sup> factus es iã noli peccare ne deterius aliqd tibi contingat. Dixit Iesus. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Querebant Iudæi Iesum interficere, quia non solum se iubeat sabbatum, sed patrem suum dicebat deum, & equalem se deo faciẽs. Non potest filius a se quicquã facere, nisi quod viderit patrem facientem.

Quęcumque enim pater facit, hæc & filius similiter facit. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quę ipse facit.

Sicut pater suscitatur mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Pater omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. &c. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Mortui audient vocem filii dei. Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei & iudicium facere, quia filius hominis est. Veniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii dei. &c. Dixit Iesus. Non possum ego a meipso facere quicquam. Iudicium meum iustum est, quia non quero voluntatem meã. &c. Iohes erat lucerna ardens & lucens. Opera quę dedit mihi pater quę facio, testimonium perhibent de me. Claritatem ab hominibus nõ accipio. Quomodo potestis vos credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quę a solo deo est non queritis. Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me, si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. (Hoc dixit Iesus de Antichristo.)

¶ Cap. 6.

Hoc dicebat Iesus tentans eum (scilicet Philippum. &c.) Cũ cognouisset Iesus quia venturi erant vt facerent eum regem, fugit itere in montem ipse solus. Voluerunt discipuli Iesum accipere in nauim, et statim nauis fuit ad terram ad quam ibant. Opamini nõ cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternã. Hunc enim pater signauit deo (Nota in isto capitulo multa de corpore Christi.)



PPITO: EX IOHAN.

Non Moyses dedit vobis panem, sed pater meus dat vobis panem verum. Ego sum panis vitæ. Qui venit ad me, & qui credit in me, non sitiet vnq̄. Dñe, semper da nobis panem hunc. Oē q̄d dat mihi pater ad me venit, et eum qui venit ad me non eijciam foras. Descendi de celo non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Omnis qui audit a patre & didicit venit ad me. Patrem non vidit quisquam, nisi is qui est a patre (s. Christus) P̄ anis quē ego dabo caro mea est pro mundi vita. Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Caro mea ꝑe est cibus, & sanguis meus vere est potus qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Qui manducat me, & ipse viuēt ꝑpter me. Qui manducat hunc panem, viuēt in æternum. Durus est hic sermo, Quis potest eum audire, &c. Spirit⁹ est qui viuificat, caro non prodest quicquam. Dicebat Iesus. Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Respondit Petrus Christo. Dñe ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius dei.

¶ Cap. 7.

¶ Dixit Iesus, non potest mundus odisse vos, me autē odit quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Quidā in turba dicebant de Iesu, quia bonus est, alij autē non, sed seducit turbas, &c. Si quis voluerit voluntatem dei facere, cognoscat doctrinam an ex deo sit. Qui a semetipso loquitur gloriam propriam quærit, qui autem quærit gloriam dei hic verax est, & iniusticia in illo non est. Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Christus cum venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat Iesus. Si quis sitiet veniat ad me & bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fient aquæ viuæ. Hoc autem dicebat de spiri-



D. DIONY. A RICK. CART.  
tu sancto quem accepturi erant credentes. Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus &c. Nonne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethlehem castello ubi erat Dauid venit Christus? Dixerunt ministri Iudæorum de Iesu. Nunquam sic loquutus est homo, sicut hic loquitur. Nunquid lex nostra iudicat hominem nisi audierit ab ipso prius, & cognouerit quid faciat?

¶ Cap. 8.

¶ Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Vade & amplius noli peccare, &c. Loquutus est Iesus. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam, dixit Iesus. Neque me scitis, neque patrem meum. In peccato vestro moriemini. Dixit Iesus. Vos deorsum estis, ego de sursum sum. Vos de mundo estis, ego non sum de mundo, &c. Dixit Iesus. Ego sum principium, qui & loquor vobis. Cum exaltaueritis filium hominis. &c. Non reliquit me pater solus, quia ego quæ placita sunt ei facio semper. Veritas liberabit vos. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum, filius autem manet in æternum. Sermo meus non capit in vobis. Vnum patrem habemus deum. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perficere. Diabolus homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas non est in eo. Cum loquitur mendaciam ex proprijs loquitur, quia mendax est & pater eius. Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Qui est ex deo, verba dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Ego non quero gloriam meam, est qui quærat & iudicet. Dixerunt Iudæi ad Iesum. Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Si glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. Abraham exultauit ut videret diem meum, & vidit & gauisus est. Antequam Abraham fieret ego sum. Iesus autem ab



P I T O . E X I O H A N .

condit se (.i. inuisibilem reddidit se) & exiuit, &c.

¶ Cap. 9.

¶ Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox quando nemo potest operari. (Nota hic de cæco nato illuminato.) Dicebant Pharisei. Non est hic homo a deo qui sabbatum non custodit. Ipsum interrogate, ætatē habet, ipse loquatur pro se. &c. Da gloriam deo. Scimus quia peccatores deus non audit, sed si quis dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditum quia aperuit quis oculos cæci nati. Nisi esset hic homo a deo, non posset facere quicquam.

¶ Cap. 10.

¶ Qui non intrat per ostium in ouile ouium sed ascendit aliunde fur est & latro, &c. Ego sum ostium ait Iesus. per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. (Nota in isto capitulo de bono pastore. & mercenario.) Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercennarius autem & qui non est pastor, videt lupum vententem & dimittit oues & fugit, &c. Ego sum pastor bonus & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis. Fiet vnum ouile & vnus pastor. Nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Dicebant multi ex iudæis de Iesu. Dæmonium habet et insanit, quid eum auditis? Quousque animam nostram tollis? Opera quæ facio in nomine patris mei, testimonium perhibent de me. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est, & cæt. Ego et pater vnum sumus. Si non facio opera dei, nolite credere mihi. Si autem facio, etsi mihi non vultis credere, operibus credite. Quærebant Iesum apprehendere, et exiuit de manibus eorum. (Nota valde mirabile, quia inperceptibiliter exiuit.) etc. Ioannes signum nullum testificatus. s. baptista.



¶ Domine ecce quem amas infirmatur . Infirmas hæc non est ad mortem, sed pro gloria dei, &c. Diligebat Iesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum, &c. Nonne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die non offendit, &c. si autem in nocte offendit. Scio quia quæcunq; poposceris a deo, dabit tibi deus. Dixit Iesus. Ego sum resurrectio & vita, &c. Vtique domine . Ego credidi quia tu es Christus filius dei, qui in hunc mundum venisti. Iesus ut vidit Mariam (s. Magdalenam) plorantem, & Iudæos, infremuit spiritu & turbauit seipsum, & lachrymatus est Iesus. Si credideris videbis gloriam dei. Iesus eleuatis sursum oculis dixit. Pater gratias ago tibi quoniam audisti me. Ego autem sciebam quoniam, semper me audis. Iesus clamauit voce magna. Lazare veni foras, & statim prodijt, &c. Iesus moriturus erat pro gente. Et non tantum pro gente, sed ut filios dei qui disperferant congregaret in vnum.

¶ Lazarus vnus erat ex discumbentibus. (Nota hinc de vnctiõne pedum Iesu a Maria, &c.) Venerunt non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum viderent, &c. Videtis quia nihil proficimus? Nisi granum frumenti cadens in terra, &c. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, &c. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora. Nunc iudicium est mundi, &c. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebræ vos comprehendant. Qui ambulat in tenebris ne scit quo vadat. (Nota in isto passu allegationem Esaiæ prophetæ, et verba Euangelistæ in textu quære.) Ex principibus multi crediderunt, etcæt. Dilexerunt gloriam hominum magis quam gloriam dei. Dixit Iesus qui me spernit, sermo quem loquutus sum iudicabit eum in nouissimo die.



P I T O . E X I O H A N .

¶ Cap. 13.

¶ Ante diem festum pasche sciens Iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, vsque in finem dilexit eos. Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Vos vocatis me magister et domine, et benedicitis. Si ergo ego laui pedes vestros dominus et magister, et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita et vos faciatis. Non est seruos maior domino suo. Si hæc scitis beati eritis si feceritis ea. Ego scio quos elegerim. Erat recumbens vnus ex discipulis in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Post buccellam introuit in Iudam satanas. Quod facis, fac citius. Nunc clarificatus est filius hominis, et deus clarificatus est in eo. Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem sicut dilexistis vos. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.

¶ Cap. 14.

¶ Non turbetur cor vestrum. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Vado parare vobis locum, vt vbi sum ego et vos sitis. Dixit Iesus, Ego sum via, veritas, et vita. Nemo venit ad patrem nisi per me. Si cognouissetis me, et patrem meum vtrique cognouissetis. Domine ostende nobis patrem et sufficit nobis. Qui videt me, videt et patrem. Verba quæ ego loquor, a me ipso non loquor. Qui credit in me, opera quæ ego facio et ipse faciet, et maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado. Quodcumque petieritis patrem in nomine meo hoc faciam vt glorificet pater in filio. Si diligitis me, mandata mea seruare, etc. Non relinquo vos orphanos, veniam ad vos, etc. Ego in patre meo, et vos in me, et ego diligam vobis. Qui diligit me, diliget a patre meo, et ego diligam eum et manifestabo ei meipsum. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.



D. DIONY. A R I C K. C A R T,  
Paracletus autem spiritus sanctus, ille vos docebit omnia  
et suggeret vobis omnia, etcæ. Pacem relinquo vobis,  
pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat e-  
go do vobis. Pater maior me est. Sicut mandatum de-  
dit mihi pater, sic facio. Non turbetur cor vestrum, ne  
que formidet, etc.

¶ Cap. 15

¶ Ego sum vitis vera, et pater meus agricola est.  
Omniem palmitem in me non ferentem fructum, tollet  
eum. Et omnem qui fert fructum purgabit eum, ut fru-  
ctum plus afferat, etcæt. Sine me nihil potestis facere.  
Si manseritis in me, quodcumque volueritis petetis, et  
fiet vobis. Sicut dilexit me pater, et ego dilexi vos.  
Manete in dilectione mea. Hoc est præceptum meum ut  
diligatis inuicem sicut dilexi vos. Maiorem hac dile-  
ctionem nemo habet, ut animam suam ponat pro amici-  
s suis. Vos amici mei estis si feceritis quæ ego præ-  
cipio vobis. Iam non dicam vos seruos, etcæ. Vos au-  
tem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiuit a pa-  
tre meo nunc feci vobis. Non vos me elegistis,  
sed ego elegi vos, etc. Hæc mando vobis ut diligatis  
inuicem. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem  
vobis odio habuit. Si de mundo essetis, mundus quod  
suum erat diligeret; quia ego de mundo non estis, sed ego  
elegi vos de mundo. propterea odit vos mundus.  
Si me persecuti sunt, & vos persequentur, quia non  
est seruus maior domino suo. Si opera non fecissem in  
eis quæ nemo alius fecit peccatum non haberent (ait le-  
sus) Nunc autem viderunt & oderunt, et me et patrem  
meum.

¶ Cap. 16.

¶ Hæc loquutus sum vobis ut non scandalizemini.  
Venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur obli-  
quum se præstare deo, etc. Si non abiero paracletus  
non veniet ad vos, etc. Adhuc multa habeo vobis di-  
cere, sed non potestis portare modo. Cum autem ve-  
nerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem verita-  
tem, Non enim loquetur a semetipso, etc. Oia



EPITO. EX IOHAN.

quæcunque habet pater mea sunt. Propterea dixi quia de meo accipiet (scilicet spiritus sanctus, &c.) Amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos. Mundus autem gaudebit, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Et vos nunc quod tristitiam habetis. Iterum autem videbo vos & gaudebit cor vestrum & gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Amen dico vobis, si quod petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Petite & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. Ipse pater amat vos, quia vos me amatis. Exiui a patre & veni in mundum, &c. Non sum solus, quia pater mecum est, &c.

¶ Cap. 17.

¶ In mundo pressuram habebitis. Sed confidite ego vici mundum. Subleuatis Iesus oculis in caelum dixit. Pater venit hora clarifica filium tuum, &c. Hac est autem vita aeterna ut cognoscant te solum verum deum & quem misisti Iesum Christum. Clarifica me tu pater apud te ipsum claritate quam habui prius quam mundus fieret, &c. Non pro mundo rogo, sed pro eis quos mihi dedisti, quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi ut sint vnum sicut & nos, &c. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo. Sanctifica eos pater in veritate. Sermo tuus veritas est. Non pro his rogo tantum, sed pro eis qui creduntur sunt pro verbo eorum in me, ut omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, & ego in eis, ut sine consummatione in vnum. Pater quos dedisti mihi, volo ut vbi sum ego & illi sint mecum ut videant claritatem meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi, &c. Pater iuste mundus te non cognouit, Ego autem te cognoui & notum feci eis nomen tuum, ut dilectio tua in eis sit, & ego in ipsis.

¶ Cap. 18. (Hic passio incipit.)

¶ Ut dixit Iesus, ego sum, abierunt retrorsum & ceciderunt in terram. Calicem quem dedit mihi pater, vis ut non bibam illum, &c. Vnus ministrorum dedit alapam Iesu, &c.

g



**D. DIONYSI A RICK. CART.**  
Si male loquitur sum, testimonium perhibe de malo. Si autem bene, quid me cædis. Quam accusationem affer-  
tis aduersus hominem hunc? &c. Dixit Iesus, regnum  
meum non est de hoc mundo. Tu dicis, quia rex sum  
ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum,  
vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex  
veritate, audit vocem meam. Quid est veritas. ¶ Cap. 19.

¶ Tunc apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit. Ex-  
iit Iesus portans spineam coronam, et purpureum ve-  
stimentum, et cæ. Non haberes potestatem aduersum  
me ullam, nisi tibi esset datum de super. Baiulans si-  
bi crucem exiit. Crucifixerunt eum et alios duos hinc  
et hinc, medium autem Iesum. Iesus Nazarenus, rex Iu-  
dæorum. Quod scripsi, scripsi. Strabat autem iuxta cru-  
cem Iesu mater eius, etc. Non fregerunt crura Iesu, sed  
vltimus militum lancealatus eius aperuit, et continuo exi-  
uit sanguis et aqua, et cæ. Venit Nicodemus ferens  
mixturam myrrhæ et aloes quasi libras centum. Ace-  
perunt ergo corpus Iesu, et ligauerunt illud lintibus  
cum aromatis. Qui vidit testimonium perhibuit,  
et verum est testimonium eius, etc. Os non commi-  
nuetis ex eo. Videbunt in quem transfixerunt.

¶ Cap. 20

¶ Nondum sciebat discipulus ille (scilicet Ioannes) scriptu-  
ram, quia oportebat Christum a mortuis resurgere, etc.  
Vidit Maria duos angelos in albis sedentes vbi posi-  
tum fuerat corpus Iesu, etc. Conuersa Maria vidit Ie-  
sum stantem, existimans quia hortulanus esset, etc. Noli me  
tægere. Nondum enim ascendi ad patrem. Ascendo ad patrem me-  
um et patrem vestrum, et cæ. Venit Iesus ianuis clau-  
sis, & stetit in medio discipulorum. Gauisi sunt discipuli  
viso domino. Insufflauit Iesus et dixit. Accipite spiritum  
sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis,  
et quorum retinueritis retenta sunt. ¶ Hic dat Iesus spi-  
ritum sanctum in terra. ¶ Noli esse incredulus  
sed fidelis. Quia vidisti me credidisti. Beati qui  
non viderunt et crediderunt. ¶ Cap. 21.

¶ Domine tu omnia scis, tu scis quia amo te, Quid



EPITOLA. EX EPI. AD ROM.  
ad te, tu mēsequere. Sunt autem & alia multa quæ fe-  
cit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbi-  
tror mundum capere eos qui scribendi sunt libros.  
(Non spacio locorum, sed capacitate legētium.)

Epistola ad Romanos habet Capita  
XVI. Et reuocat Apostolus in ea  
Romanos ab erroribus Gentium &  
cæremonijs legis ad veram catholi-  
cam fidem.

### Caput. I.

**E**uangelium ante promisit deus per prophetas su-  
os in scripturis sanctis de filio suo, q̄ factus est  
ei ex semine Dauid secundum carnem. Iesus  
Christus p̄destinatus est filius dei in virtute secundum  
sp̄m sanctificationis, &c. Ḡra vobis & pax a deo pa-  
tre n̄ro, & d̄no Iesu Christo. Testis mihi est deus cui  
seruio in sp̄u meo, q̄d sine intermissione memoriam ve-  
stri facio semp̄ in orationibus meis. Non erubescō eu-  
angelium, Virtus enim dei est in salutem omni credē-  
ti, Iudæo primum & Græco. Iustus ex fide uiuit. Inui-  
sibilia dei a creatura mundi, p̄ ea q̄ facta sunt intelle-  
cta conspiciunt. Sempiterna h̄q; v̄tus eius & diuinitas,  
ita vt sint inexcusabiles. Quia q̄d notū est dei, manife-  
stū est in illis. Cū cognouissent deū, non sicut deū glo-  
rificauerunt aut gr̄as egerunt, sed euauerunt in cogi-  
tationibus suis, & obscuratū est insipiens cor eorum.  
Dicētes c̄m se esse sapiētes, stulti facti sunt. Qui mutaue-  
rūt gloriā icorruptibilis dei i similitudinē imaginis cor-  
ruptibilis hoīs, &c. Seruierūt creaturæ poti⁹ q̄ creato-  
ri, q̄ est deus b̄ndictus in secula. Propter q̄d tradidit il-  
los deus in passiones ignominia, &c. (In isto cap. loq̄t  
apostolus de innaturali pctō. Si vis q̄re.) Tradidit il-  
los deus in re p̄bū sensum, &c. Cū iusticiā dei cognouis-  
sent, nō itellexerūt qm̄ q̄ mala agūt digni sunt morte,  
nō solū q̄ faciūt, sed etiam qui consentiunt facientibus.